Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



25.

viso per somnium leopoldo salutem recepit. In item quinq
eodem affecti morbo eiusdem diui auxilio se ciatos ee testat
Adolescentem aqua feruenti in faciem perfusum cui ma
xima deformitas perpetuo duratura videbatur liberauit le
opoldus. Quidam per belli tempora consessa naui profecti
ad acemandum monasterium nouiburgense vna cum opido. su
bita tempestate acti. cum iam perituros se intelligerent facti
penitentes. inuocatoq leopoldo naui ad litus appulsa statim
cessante procella liberati sunt. Mathias furlerger putau
ensis diocesis cum ad persoluendum votum quod pro recupe
rata salute filiole sue beato leopoldo emiserat cum vxore
filiisq duobus et eadem filia sanitati restituta qui curru
vehebantur secus danubij ripam pergeret. euerso curru pape
tes equo ipsamq familiam per declinium montis eo impetu
ruentem vidit. vt ab his etiam qui aderant collisa omnia eo
membra tum a curru tum ab ipsis equis existimarent. Ille
vero qui iam semel in salute filie diui auxilium expertus fue
rat. idem pro vxore totaq familia saluanda numen implora
uit. voto emisso in valle quo quadriga ruerat descendit. sui
osq omnes reduces. contra omnes nature vires nonnisi nu
minis fauore gratulabundus amplexus est. Sic et mathias
ipse sertus testis et florianus famulo asseuerarunt. Ioannes
scolasticus putauensis diocesis annos quadraginta natus pedi
bus manibusq ligatus et cathenis eguidem et hostibus vnoq
pede ad curruum astricto adeo q non sine magnoq dolore pedum
et carnium ruptura. decurrens ad benemerita leopoldi. liber
a carceribus a tremitu et cathena fit. Jureiurando firmat hoc
nonnisi miraculose potuisse fieri. Catherina vxor nicolai pa
tauensis lxxxix testis nonnisi adiuta baculo valens pedibus
se mouere absoluto voto sana absq aliquo presidio domum redit
anno lxx. et hoc miraculose factum testat et ipsa gtestetur vnu.
Ioannes fracher patauensis cxlv testis. duobus annis non
valens ambulare pede sinistro laborans magno dolore. suscepto
voto et completo sanus fit anno lxx in gdragesia. Ioannes putau
ensis annos natus lx filium habens claudum a natiuitate. casu
accedens ad tumulum leopoldi precibus et lacrimis suscepto
et completo voto. sanum vidit filium anno lxxi. Sic attestatur
et ipse addens hoc et nonnisi miraculo asscribens. Elisabeth